ANTONINUS FLORENTINUS · IOHANNES CHRYSOSTOMUS (?)
Salzburg, 1477 Seite 65v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8181
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cone. Secus si quid minimum ut fructus
et hmoi. ¶ Si furatus est oues agnos oua
aut puellos ut columbas aut fructus agrorum
¶ Si arando vel alias cultinando furatus
e aliena terra qz tenetur ad restitucionem
totius dani ¶ Si furati dedit consilium aut
modum furandi aut aliqd auxilium qz tenetur
in solidum si probabiliter creditur ex suo consilio
et hmoi danum fuisse secutum. ¶ Si vidit
fieri furtum et dolose celauit qz tenetur ad
restitucione si ex officio habebat impedire
¶ Si interrogatus de furto ei noto tacuit.
quia tenetur manifestare ¶ Si scienter emit
re furata qz tenetur restituere ¶ Si comedit
aut bibit aut induit de rebus furatis
qz tenetur de omnibus que sic consumpsit nisi ege-
rit causa spoliatorum monendo et inducendo
furem vel raptorem ad debitam restitucionem
¶ Si vxor per annum vixit de rebus quas
vir eius furatus est qz potius debet
viuere de elemosinis ¶ Si furatus est aliqd
vsurario vel alteri ut inde faciat elemo-
sinam pro aia illius qz non sunt facienda ma-
la vt veniant bona. De fraudulencia